

INDEX OPERVM

arg. tractatum sancti Bernardi in hoc volumine contentorum.

Divi Bernardi vita. Vita sancti Malachie ab eodem Bernardo composita. Tabula particularium sermonum. Situatio Claravallis. Tabula sententiarum bibliae a Bernardo expositarum. Doctrina beati Bernardi. Sermones eius de tempore & sanctis inter quos inferuntur homilia super Evangelium, Missus est. Sermones in dedicatione Ecclesiae. Sermones super Psalmum, Qui habitat. Sermones eiusdem de diversis & viliibus materijs. Sermo magnus ad milites sept. x. 111. capitibus contentus. Sermo iterum magnus ad Clericos, continens capita. x. x. 1. f. 101. Sermones alij breves, qui parvi sermones nominantur. f. 106. Sententia eiusdem plures pulchrae & vtilis. f. 116. Sermones super cantica canticorum. f. 122. Epistola beati Bernardi. f. 187. Tractatus de consideratione ad Eugenium papam quing. libros continens. f. 253. Tractatus de gratia & libero arbitrio, ad Vuilhermum abbatem sancti Theodorici. f. 264. Tractatus de precepto & dispensatione ad abbatem Collobensium. f. 268. Tractatus de diligendo Deo ad Flaemicum. f. 273. Tractatus de gradibus humilitatis ad Godefridum quod est primus D. Bernardi opus. f. 277. Apologia eiusdem ad dominum Vuilhermum abbatem sancti Theodorici. f. 281. Expositio Evangelij, Ecce nos relinquimus omnia. De vita & moribus de monte Dei. Meditationes suas devota. De interiori domo id est de conscientia edificanda. De ordine vite, & morum institutione. Scala claustralium. Formula honeste vite. Speculum monachorum. Deinde sermo de nulli ab alij prioribus separatis, quod non a Bernardo editi videntur. Deinde Sermo sancti Bernardi de undecim operibus. f. 341. Sermo sancti Bernardi de passione Domini. f. 345. De lamentatione virginis Mariae. f. 346. Homilia de duobus discipulis cum tibus in Emmau. f. 348. Deinde tabula generalis precipuarum sententiarum huius voluminis. Nonsimile Sermones domini Gilberti super Cantica canticorum cum eorum tabula.

IODOCVS CLICHTHOVEVS Neoportuens f. benignis Lectoribus Salutaem.

THESAVRVM IN AGRO absconditum tamen altimauit qui inuenit, ut euangelico tradente eloquio, venditis omnibus illum comparauerit. Theauri vero occultati nomine, non inepte nec absurdè scitorum Patrum abstracta scripta accipimus, quibus recondita sacrarum literarum sensa nobis elucidate curantur. Si quidem in illis non aurum ad horam rutilans, non argenti cito periturum, non deniq; lapides pretiosi, aliorum direptioni obnoxios est inuenire, sed indefluxas operis anime, indeciduasq; gemas, auro Indico lapillisq; nitidis pretiosiores, quod illis ipsis diuina explicantur eloquia, que desiderabilia sunt super aurum & lapidè pretiosum multum, & dulciora super mel & fauam. Eloquia enim Domini eloquia casta, argenti igne examinata, probata terra, pur-

garum septuplum. Quae quia sepe numero non vique aq; capui nostro perua sese offerunt, magnopere amplectenda sunt antiquorum Patrum opera, quibus obiectus ille thesaurus nobis referatur, diuinarum Scripturarum mysteria recluduntur, mores rectius instituuntur. Inter quae sanè opera à probatissimis autoribus locorata beatissimi Bernardi volumina non postremo loco collocanda sunt. Si enim autorem spectare liber, & vita sanctimoniam, & praclara eruditione praestantissimum occurrerit. Si characterem ipsum, rationemq; scribendi, comperietur subtilissima, & sine asperitate offendiculo cum summa facilitate elegantiaque decurrens, vt melle dulcor videatur ex eius ore fluxisse oratio. Si denique materia quam pertractat exquiratur, aliud inuenietur nihil nisi quod in uolucra sacrae Scripturae in lucè proferatur: aut vitia graui verborum tonitruo effluunt: aut ad virtutum studiosius inuiter. Hinc igitur thesaurum haecenus in agro Domini absconditum, & iam tandem vigilantissima cura erutum vobis absciscite quicunque sacrarum literarum ardenti flagrat amore. Has veras comparate diuitias, quae non veterascunt, nec à iniuriis eroduntur, aut à furibus effodiuntur, sed indeficientes innocidas, nullo vnquam fato inretritas: quibus animo complectente ad caelestia recta tutum carperit iter, nec eam malus auferet error. Valere.

IOANNES AEGIDIVS Nuceriensis ad Lectorem.

Dat tibi mellissimum fecunda volumina doctor Inter praclaras candidae lector oper. Omnia nunc uno clauduntur opuscula libro Singula quae varijs sparsa fuerit locis. In quibus ampla patent invidorum semina mirum, Fertile si vigili corde legatur opus. Ob tam frugiferam gratissimam dona laborei Debetur sancto gratia magna viro. Quis primus fecit magni pia iussa Tonantis Post docuit fratres illa ferenda suos. Sape seros homines dulci sermone trahabat Letior ad clare splendida claustra domus. Diuitias spreuit, nullos amplexus honoris. Suppositusq; suo colla superba iugo Flexit & ignaras ad olympica gaudia turbae. Tantis in ardenti pectore seruos erat. Deniq; tanta fuit placida clementia Patris, Effet vt etatis gloria prima sua. Si cupis ergo bonos mores videri, perennem, Has lege Bernardi scripta probata per.

AD LIBRVM.

I nunc & tandem totum Bernardi per orbem Proximis exilissime tua fama cadat. Diuinasq; vni sermonibus exprime leges: Cymma fac homines destruisse velor. Vade precor, cum illis Bernardi legas suavis: Fleste ad virtutes peccata dura piat. Tu quemcumq; iuuat sanctos cognoscere Patres: Bernardum relegas in chrysa scripta colens. Frigida iam dudum seruetur amore voluntas. Es mens doctrina dulcissima mella feret.

IOANNES AEGIDIVS NVCE- riensis iterum ad librum.

I pede precipiti totum Bernardi per orbem: Horret adire tuos lingua canina libros. Hac tua magnifica monumenta seruantur in vrbe: Ne pereat turpi candida sponda sibi. Postulat hoc grauium prudentia clara viuorum: Quos trahit ad superos mens generosa larua.

PRAEFATIO DOMINI Alamani monachi Claravallis, & postea Altisfodorensis episcopi in vitam sancti Bernardi abbatis.

Venerando patri, P. dei providentia claravallis abbati-Frater. A. Altisfodorensis ecclesiae humilis quondam sacerdos: aeternam in Christo salutem. Vitae beate recordatio Bernardi claravallis abbatis uirtutibus & miraculis tam admiranda quam imitanda, plures in describendo extiterunt autores: sumpta nimirum materia, quae se copiosa inquirere offerebat. Quae enim nos ex eadem narratione nonnulla, nutrites, & apponentes per pauca, breuiter perstrinximus schedula: non tam presumptio quam (ut credimus) ratio peruersa. Primum quod scriptorum (tametsi uera sint) pleritas: onerosa fuisse legitur. Deinde quod Godefridus uenerabilis lingonice sedis antistes, eiusdem patris Bernardi in carne ppter quos, spem in conuersione factus, & in laboribus coadiutor, quemdam in pagina quae breuiatim suscepimus, minus ueritate consona demotabat: utpote qui ab infantia cum sancto illo nutritus, usque melius quam alius narrata didicerat. Morere uero idem uenerabilis sacerdos pueniens: quod inde exortum & optauerat, imperfectum reliquit. Sed & in serie ipsa descriptionis, multiplex sensuum recapitulatio est: dum plures eadem saepe dixerunt, & si aliquando distimulibus uerbis. Nec non etiam si quis diligenter aduertat: eisdem quae aperiata reperiri uerbi gratia contra ecclesiasticam & secularis potestatis autenticas sublimem personam. Absit autem ut quocumque asperum uel amarum oluita illa sua ueritate in domo dei fructificans, erga quem piam reddat: cuius studij semper fuit dum uixit in seculo, omnes homines mauerit in se oleo demulcere. Sanè narrationis nostrae ueritas non inuenit apud nos obtinet firmitate: cum etiam plura ex his quae uel ex eius ore sacratissimo, uel fidelis religiosorum relatu coeperta cognouimus, sicut & in tractatu multitudine scieter praetereites: istud dicit breuitatis duximus sequentiam. Si igitur puritatis uestrae examini nostra placuerit abbreviatio (si subtrahis uel appositis, aut emendatis quae uestrae usae fuerint sanctitatis) cui dei beneplacito, uestrorum fauore (si fallimur) sine offendiculo poterit transcribere exponi. Sin autem nostrae humilitatis est, idè opusculum penes nos portus occultare quam proderet ne minus profutura temere uelle parere uideamur. Explicit prologus.

INCIPIIT VITA BERNARDVS BVR

BERNARDVS BVR gūdia partibus? Potentis oppido patris sui oriundus fuit, parentibus claris secundū dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundū christianae religionis pietatem. Patre eius Theselinus uir antiquus & legitime militis fuit, cultor dei, iustitiae tenax. Euangelicam namque secundum instituta praecursum foris domini militiam agens, neminem conuiciebat calumniam, contentus stipendijs suis, quibus ad omne opus bonum abundabat. Sic consilio & armis seruebat tempora libus dominis suis, ut etiam domino deo suo non negligeret reddere quod debebat. Mater Alethea, ex castro cui nomen mos barrus, & ipsa in ordine suo apostolica regula tenens subdita uiro, sub eo firmo timorem dei donum suam regebat, operibus misericordiae in filios enutrens in omni disciplina. Septe appellibus genuit non tamen uero suo quae deo, sex mares, foemina unam, mares omnes monachos futuros, foemina sanctimoniam. Deo namque (ut dicitur) non seculo generans, singulos mox ut partu ediderat, ipsa manibus proprijs domino offerebat. Propter quod etiam alienis uerbis nutriticos committere illustris foemina refugiebat, quasi cum lacte materno materni quodammodo boni

infundens eis naturam. Cum autem creuissent, quādiu sub manu eius erant, cremona magis quam curiae nutrebat, non patiens delicatioribus assuecere cibis, sed grossioribus & coibus pacis, & sic eos preparas & instituens domino impirante, quasi corinuo ad cremonam transfugeret. Haec cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in utero, somnium uidit praesagium futurorum: carelli scilicet tori candidum, in dorso subrufum; & latrantem in utero se habere. Super quo territa uehementer, cum religiosam quendam uirum consulisset, continuo ille spiritum prophetiae concipiens quod David de sanctis predicatoribus domino dicit. Lingua cantu tuorum ex inimicis: trepidanti & anxie respondit. Ne timeas: Optimi catuli mater eris, quia domus dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erat enim egregius predicator, & tanquam bonus canis, gratia lingue medicinalis, in multis moribus curaturus est animarum. Quo responso multae pia & fidelis quasi a deo suscepto, lacta efficitur, & iam tunc in amore non dum moti tota transfunditur, cogitans cum sacris literis erudendum tradere sem modum uisionis & interpretationis quae ei de illo tam sublimis promittebatur. Quod & factum est. Mox enim ut foelicis partu edidit, non modo obtulit cum deo sicut de alijs agere consueuerat, sed sicut legit de sancta Anna matre Samuelis, quae pe titum a domino & acceptum filium in tabernaculo eius desinita ut perpetuo seruiretur: sic & ipsa cum in ecclesia dei acceptabile obtulit munus. Unde & quam citius potuit in ecclesia castellanis quae postmodum sublimis Bernardi opera ad seculari conuersione in ordinem regularium canonicorum promotam cognoscitur magistris literarum tradens erudendum, egit quicquid potuit ut in eis proficeret. Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali pollebens: cito in hoc desiderium matris impleuit. Nam in literarum quidem studio supra etatem & praecoxantissimus proficiebat, sed in rebus secularibus huiusmodi conuersionem futuram perfectis uelut naturaliter inchoabat. Erat quippe simplicissimus in secularibus, amans habitare secum, publicum fugitans, mire cogitatus, parentibus obediens & subditus: omnibus benignus & gratus, domi simplex, & quietus, foris rarus: & ultra quam credi posset ueracundus, nusquam suum loqui amans, deo deuotus, ut pura sibi pueritiam suam conseruaret. Literarum etiam studio deditus, per quas in scripturis dei disceret & cognosceret.

Vm adhuc puerulus graui capitis dolore uexaretur, decedit in locum. Ad ducta autem ad eum est muliercula quasi dolorè mitigatura carnis uisibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carnalibus instrumentis, quibus hominibus de uulgo illudere consueuerat cum indignatione magna exclamans a se repulit & abiicit. Aderat namque solennis illa nox natiuitatis dominicae, & ad solennes uigilias omnes ut moris est parabantur. Cumque celebrandi nocturni officij hora aliquanti per protelaretur, contigit sedentem expectantemq; Bernardum cum ceteris inclinato capite paululum soporari. Assuit illico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, tenere fidei suggerens incrementa, & dicens in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim uelut demuo procedens spensis in thalamo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascentis ex utero matris uirginis uerbum infantis, speciosus forma praefatis hominum, & puerili sancti in se rapientissime tam puerilis affectus. Perusalum autem esse ante mo suo fati solebat: quod eam credat nunc horam fuisse dominicae natiuitatis. Sed & facile aduertere his qui eius adiutorium frequentaerunt, in quanta cum benedictione ea hora praerulerit dominus, cum in his quae ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profunderet, & sermo copiosior suppetere uideatur. Unde & postmodum in laudem eiusdem genitricis & gentis, & sanctae eius natiuitatis insigne edidit opusculum inter scripta operum

007309

suorum seu tractatu, sumpta materia ex eo euangelij loco ubi legitur. Missus est Gabriel angelus a deo in ciuitatem Galilee, & cetera que ibi sequuntur. Neq; illud tacendi q; ab ipis iam puerilibus amnis si quos poterat nummos habere, clandestinas facies elemosynas, & uerecundia sux morem gerebat, & pro etate suo supra etatem pietatis opera scitabatur.

Cum autem aliquanto tempore euolutu, proficiens etate & gratia apud deum & homines puer Bernardus de pueritia transiit in adulescentiam, mater eius liberis fideliter educatis, & uias seculi ingredientibus, quasi peractis omnibus quas era, felicitate migravit ad dominum. Obdormiuit autem pfallentibus qui conuenerat, & ipsa pfallens, ut in extremis quoq; cum iam uox eius audiri non posset, adhuc moueri labia uiderentur, & lingua palpitans dnm confiteri. Demum inter letanias supplicationes, cum diceret, per passionem & crucem tuam libera eam dñe: eleuans manum signauit se, & emisit spiritum, ita ut manum non posset deponere qua leuatur. Ex hoc Bernardus suo iam more, suo iure uisitare incipiens, elegantia corpore, & graua facie p̄m̄ens suauissimis ornatus uioribus, acri ingenio p̄deditus, acceptabilis polens eloquio: magna sp̄ci adulescens p̄dica batur. Cuius tamen ingredientibus seclis, plures se uia seculi sp̄s offere ceperunt, & in oibus assurgere prosperitate uia huius, & magna spes undiq; arriere. Obidebat autem benignum iuuenis animum sodalium dissimiles mores, & amicitia procellose, similem sibi effere gestites. Quae si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amare scere illi qd in hac uita dulcius cordi eius infederat, castitatis amore. Cui p̄cipue inuidens coluber tortuosus, spargebat laqueos tentationum, ac uarijs occurrere calcaneo eius insidiabatur. Circa idem tempus insinuiti demones in lectu dormientis insita est puella nuda. Quam ille sentiens, cum omni pace & silentio partem ei lectuli qua occupauerat celsit, & in latius alteru se conuertit, atq; dormiit. Misera uero illa aliquandiu tacuit sustinens & expectans, deinde palpans & stimulans. Nouissime cum immobilis ille persisteret, illa licet impudensissima esset erubuit, & horrore ingenti atq; admiratione per fusa, relicto eo surgens aufugit. Corripit item ut cu fociis aliquantis apud matrona aliquam, Bernardus hospitareretur. Considerans autem mulier adulescentem decoru aspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in concupiscentia eius exarsit. Cuiq; tanquam honoratiori omnium scorum ei fecisset lectulum p̄parari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiens, nec consilij inops, clamare cepit, Latrones, latrones. Ad quam uocem fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accenditur, latro queris, sed minime inuenitur. Ad lectulos singulis redeunt, sit silentium, sicut tenebrae sicut prius, pauant ceteri, sed non illa misera requiescit. Exurgit denuo, & Bernardi lectulum petit, sed denuo ille proclamatur, Latrones, latrones. Quae ritur iterum latro, latet iterum, nec ab eo qui solus nouerat publicat. Vig tertio improba mulier sic repulsa, uix tandem seu metu seu desperatione uista cessauit. Cum autem die sequenti iter ageret, arguetes Bernardi focii, quosna toties ea nocte latrones somniauerit perquirebant. Quibus ille, ueraciter inquit aderat latro, & mihi castitatem hospita nitebatur auferre.

Nter haec tamen cogitans & perpendens qd uulgo dicitur non esse tutum diu cobabitare serpenti, fugam meditari cepit. Videbat enim mundum & principem eius exterius sibi multa offendentem, magnas res, spes maiores, sed fallaces omnes, & uanitatem uanitatum, & uanitatem omnia: ueritatem uero ipsam interius fugiter audiebat clamantem ac dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Perficit uero relinquit mundum deliberas cepit inquirere & inuestigare ubi

certius & purius inueniret requiem anima suae sub iugo Christi. Inquirenti noua occurrit Cisterii in noua monastica religiois noua plantatio, mensis multa, sed operari indigens, cum uix aliquis conuersionis gratia illuc declinaret, ob nimiam uitae ipsius & paupertatis austeritatem. Quae tamen cum animam uere deum quaerentem minime terrent, posthabita omni haesitatione ac timore, illuc uertit intentionem, posse se astimans omnino ibi delitescere & abscondi. Vbi uero de conuersione tractantem, fratres eius & qui carnaliter eius disgebant persequerent, in modis agere coeperunt, ut anim eius ad studium possent diu uertere literarum, & amore scientiae secularis, seculo ac diu implicare. Quae nimiam suggestionem (sicut fateri solet) propemodum retrahat fuerat gressus eius. Demum cum aliquando ad fratres pergeret in obsequio dñi Graeci uicium dicitur cum deo Burgundiae constitutus, cepit in huiusmodi cogitatione uehementius anxius. Inuenit itaq; in itinere medio ecclesia quada diuertit, & ingressus orauit cum multo timore lacrymarum expandens manus in caelum, & effundens sicut aqua cor suum ante conspectum dñi dei sui. Ea igitur die firmatus est propositum cordis eius. Nec uero surda aure perceperit uocem dicentis. Qui audit, dicat ueni. Siquide ab illa hora sicut ignis qui coarbiti syluam, & sicut flamma coarbitis montes, hinc inde prius uiciorum quaeq; corripiens, postmodum in ulteriora progredietur: sic ignis quem miserat dñs in cor serui sui uolens ut arderet, primo fratres eius aggreditur, solo minimo ad conuersionem, minus adhuc habili seniori fatore solatiu delictio, deinde cognatos & notos, socios & amicos, & de quibusq; poterat esse spes conuersionis. Primus omnium Galdricus annulus eius ab ipso dilatione ante haesitationem in sententiam nepotis, & consensum conuersionis, ut honestus & potens in seculo, & in seculari militia gloria notatus, deminus castri in territorio Educi qd Tuillii dicitur. Continuo etiam Bartholomaeus occurrentis iunior ceteris fratribus, & necdum miles, sine difficultate eadem hora saluati bus monitis dedit assensum. Porro Andreas Bernardo et ipse iunior & nouus eo tempore miles uerbum, fratris diffidit admittit, donec subito exclamauit. Video inquit matrem meam. Visibiliter siquidem ei apparuit, serena facie subridens, & congratulans proposito filiorum, itaq; & ipse continuo manus dedit, & de rypone seculi factus est miles Xpi. Guido primo genitus fratrum, coniugio iam alligatus erat, uir magnus, & pra alij iam in seculo radicatus. Hic primo paululi haesitans, sed continuo re perpendens & recogitans, conuersioni consensit: tamen consilium annueret. Verum id quidem de iuuenula nobili, & paruulas filias nutriti, penes impossibile uidebatur. At Bernardus de misericordia dñi spem concipiens certiore: inuenit autem ei spondit aut consensura fecimna, aut celsiter morituram. Demum cum omnimodis illa renueret, uir eius magnanimus in eo iam praerentis fideliter uir in qua post modum excelleret enstitit, uirile consilij dño inspirate concepit, ut ab iocis quaequid habere uidebatur in seculo, uis tam institueret agere rusticana, laborare scilicet manibus proprijs, unde sua sustentaret & uxoris uita, qua iuncta demittere non licebat. Interim superuenit Bernardus, qui undiq; alios atq; alios colligens discurreret. Nec mora flagellat p̄dita Guidonis uxor inimitate graui. Et cognosces qd duru sibi eēt cōtra stimuli calcitrare, accessit Bernardo uentā deprecas, & prior ipsa conuersionis petita assensum. Deniq; iuxta more ecclesiasticū separata a uito, inter ueniente parli uoto castitatis in coru sanctimonialiū trasit iocinaru, religiose usq; hodie seruans deo.

Secundus uero post guidonem Gerardus erat miles in armis strenuus, magnae prudentiae, benignitatis eximia, & qui ab omnibus dilegeretur. Qui ceteris ut dictum est primo auditu & prima die acquiescentibus (ut mos est sapientiae secularis) leuitate reputans, obstinato animo salubre consilium, & fratris monita repellebat. Tum Bernardus fidelis

fam igneus

fam igneus, & fraternae charitatis zelo miri in modum exasperatus, scio inquit scio, sola uexatio dabit intellectum auditui. Dignum qd lateri eius apponens, ueniet inquit dies, & cito ueniet, cum lancea lateri huius infixam, per uellum iter faciet ad cor tuum, consilio salutaris tunc quod alpermaris, & timibus quidem, sed minime morietur. Sic dictum sicq; factum est. Paucissimis interpositis diebus circunualat ab inimicis, captus, & uulneratus iuxta uerbu fratris, lanceam gestans ipsi lateri eidemq; infixam loco cui ille dignum applicuerat trahebatur, & mortem quasi iam praesentem metuens clamabat. Monachus sum, monachus sum cisterciensis. Nihilominus tamen captus & reclusus in custodia est. Vocatus est Bernardus per celerem nuntium, sed non uenit. Scelbam inquit & praedixerat qd duru esset ei contra stimulum calcitrare, nec tamen ad mortem eius uolens hoc, sed ad uitam. Et factu est ita. Siquidem de uulnere praeter spem cito conuulsi, propositum uero seu uotum quod uouerat non mutauit. Cumq; iam liber ab amore seculi hostilibus adhuc uinculis teneret, & hoc solum esset qd conuersionis eius uisum foret: in hoc etiam cito affuit ei misericordia dei. Venit frater eius laboras ut erui posset, & non proficit. Et cum nec ei loqui permitteret, cedens ad carcer clamauit. Scito frater Gerarde quia tu rus sum in proximo, & monasterium introituri. Tu uero quandoquidem exire non licet hic monachus esto: sciens quod uis & non potes, pro facto reputari. Cumq; Gerardus magis ac magis anxaret: paucis interpositis diebus audiuit uocem in formis dicentem sibi. Hodie liberaberis. Erat autem sacrum quadragesima tempus. Circa uesperam itaq; diei hora cogitans quod audiret, compe des suas tetigit. & ecce ferrum ex parte in manu eius coepit: uentus iam teneretur, & aliquatenus incedere posset. Sed quid ageret? Erat ossium obsecratur: & pro foribus pauperum multitudine. Surrexit tamen: & non tam spe euadendi quam facienti deo seu curiositate tentandi, accessit ad ostium subterranean domus, in qua uinctus & clausus erat, mox uerit uentit, sera tota in manibus eius collapsa est, & ostium domus apertu. Exiensq; pederentim sicut homo coepeditus: ad ecclesiam ubi adhuc uesperina celebrabant officia praetendebat. Porro mendicet qui pro foribus domus astantes uidentes quod seibat, & diuinitus exterrit, in fugam uerit sunt, nihil clamantes. Cumq; iam ecclesia propinquaret: egrediens quidam de familia domus captiuitatis suae, germanus illius a quo custodiebatur, uidensq; cum ad ecclesia properaret: tarde inquit, Gerard de uenisti. Expauescente Gerardo: festina ait, adhuc super est quod audias. Oculi quippe eius tenebantur: nec proforibus quid ageret intelligebat. Demum ad altiores gradus ecclesiae cum adhuc compeditum data manu Gerardum subleuasset, introeunte illo ecclesia, tunc primu quid ageret agnouit: & conatus eū retinere non potuit. Hoc modo Gerardus a captiuitate amoris seculi huius, & captiuitate illius seculi liberatus: uotum quod uouerat fideliter exoluit. In quo potissimum notu fecit dñs a quanta p̄fectio ne sanctae conuersionis gratiam ille dei famulus Bernardus coeperit: qui in eius spū qui fecit quae futura sunt, qd erat futurum uidere potuit quasi iam factum. Praesentialiter quippe in latere fratris ei lancea apparebat quando digrum applicuit: sicut postmodu ipse confessus est, cu ab his interrogaret quibus celare non poterat. Cum autem die quadam Bernardus cum ceteris seculi in eodem spū congregatis, quandoq; intrasset ecclesia: apostolicu illud capitulu legebatur. Fidelis deus quia qui cepit in uobis opus bonu, ipse perficit usq; in die Christi Iesu. Quod deuotus uenies haud secus accepit: quam si de caelo sonuisset. Exultans itaq; spūalis iam parer regitatoru in Xpo fratru suo rum, & manu dñi fecit operante intelligens: cepit ex hoc praedicationi insistere, & quousq; poterat aggregare: ceplit noue in uerere hominem, & quibus de iris seculi seu de seculo agere solebat, de seculis & conuersione tractare: ostendens gaudia mundi fugitia, uix miserias, celerem mor-

tem, iusta post mortem seu in bonis seu in malis perpetua fore. Quid multa? Quotquot ad hoc praedicationi erat, operante in eis gra dei, & uerbo uirtutis eius, & orone & inhaetia serui eius, primo carcerati, deinde compuncti: alter post alterum credebant & consentiebant. Inter quos ad pontifia est ei Hugo maticonensis: qui postea raptus a Dionysia co conobio qd ipse ibidem abbas adificauit, altissimo donati ecclesia: praestitit merito & honore pontificis. Hic autem dicens de conuersione socij & amici clarissimi Bernardi, fiebat quasi perditum: quem seculo mortuum audiebat. Vbi autem data est utriq; primo facultas mutui colloqui: post dissimiles lacrymas, & gemis dissimiliu dolorum; uerba uerbis coeperunt conferri, & res rebus comparari, Cuiq; inter ipsa uerba familiaris amicitiae, Hugoni infunditur spiritus ueritatis: aliam iam faciem habere ceperunt uerba mutue colloquendi. Datis itaq; dextris in sodalium nouae uiae, loge dignius ueriusq; facti sunt cor unum & anima una in Christo, quam in seculo ante fuisse sent. Post paucos autem dies: muniatu Bernardo subueit sum ab alijs eundem Hugonem a proposito resiliit. Qui opportunitate inuenta, qd magnus quidam episcopus conuentus illis in partibus haberetur, festinat ut reuocet per euntem: iterumq; paraturat. Obseruantes autem praedicti sodales & subueriores Hugonis, uiso Bernardo praedam ambiunt suam, & oem ei loquendi adimunt facultatem, omne aditu intercludunt. At ille et ei loqui non posset: clamabat pro eo ad dnm. Quo orate cu lacrymis: subita & uehemens inundatio pluuie: mox erupit. Concedent aut in capo, qd aer serenus esset: & nil tale speraret. Disperit igitur omnes ad repentinu imbrem: uicj proximu perunt. At Bernardus Hugone tenens: mocti, ait, sustinens huius pluuie guttas. Cumq; soli remanuisset: dñs reddidit eis cotinuo & aeris & animi serenitate. Ibi reuocatu est foridus, & propositu confirmatum: quod non potuit deinceps uiolari. Videbat illa p̄tor & irasciebatur, dentibus suis fremebat & tabescebat: iustus autem confidens in domino gloriose de seculo triumphabat. Iacq; eo publice & priuatum praedicante, matres filios abfcondebant, uxores detinebant maritos: amici amicos abscondebant: qd uoci eius ipse rituffantus tate dabat uoce uirtutis, ut uix aliquem illi quis teneret affectus. Crescente in quidam numero eoru qui in hac conuersionis unanimitate coleserant, sicut de primitiis ecclesiae filijs legitur, multitudinis eoru erit cor unum & aia una in dño: & habitabat unanimiter simul, nec quicquam alioru andebat de co iungere eis. Erat em eis castellioni domo: una ppria & cotinua, ubi coeuebant, & co habitabat, & colloquebant: qua ingredi uix andebat qui non esset de coetu eoru. Sed & si quis intrabat uidet & audiens qd ibi gerebant ac dicebantur, conuincibat ab oibus, diiudicabat ab oibus: & adorans dnm, & confitens qd uere deus esset in illis, aut ipse unanimitati eoru adhaerebat: ut recedens fiebat semetipsum, illos autem beatificabat. Hoc enim illis temporibus: & in illis erat partibus inauditum ut alicuius adhuc in seculo comorantis conuersione praesertit. Ipsi uero quasi mensibus sex, post primu propositu in seculi larri habita stabant: ut postea plures congregarentur, idu quorundam negocia per id temporis expediebantur.

Um autem iam suspecta esse inciperet multitudine, ne quem de numero eoru susciperet is qui tentat: placuit deo super hoc reuolare quid futurum esset. Aspicebat em quidam eoru in uisu notis, & uidebat quasi oes cofedisse in domo una: & p ordinem singulos quasi comunicare de cibo quoda miri candoris & saporis. Quae ceteris omnibus optime suscipentibus, & cu gaudio magno: duos ex omni numero illo notabat a cibi illi participatione uacuos remansisse. Alter naq; eoru nec famebat, alter quidem sumere uidebat: sed taquam minus caute sumeret, pargebatur. Vtriq; uero postea p̄bauit euentus. Alter enim priusquam uentit esset ad rem, conuersus retroruru abiit & in seculum rediit: alter cepit quidcum ceteris opus bonum, sed non perfectit.

Am vero aduentente die reddidit uoti, & coplen- di desiderij: regressus est de domo paterna Bernardus pater fratrum suorum cum fratribus suis filijs suis spiritualibus: quos uerbo uixit Christo genuerat. Videns autem Guido primogenitus fratrum suorum, natus dum frater suum minimum puerum cum pueris alijs in platea: inquit, frater noster: ad te solum respicit omnis terra possessionis nostrae. Ad quod puer non pueriliter motus: uobis ergo, inquit, celum, mihi terram. Non ex aequo dicto uisio haec facta est. Quo dicto abestibus filijs: modico post tempore, & ipse frater secutus, nec a patre nec a propinquis seu amicis potuit detineri. Supererat de deo dicata domo illa pater cum filijs: de quibus etiam suo loco dicemus.

Tempore nouellus & pusillus grex cisterciensis sub abbate degens uero uenerabili Stephano cum iam grauior tactio ei esse inciperet paucitas sua, & omnis spes posteritatis decideret in quam sanctae illius paupertatis hereditas transfunderet uenerantibus omnibus in eis uixit sanctitatem, sed refugentibus auferentem: repente diuina hac uisitatione talecta, tam insperata, tam subita, & iustitatus est, ut in die illa responsum hoc a spiritu sancto accepisse sibi domus illa uideretur. Letare sterilis quae non pariebat, erumpere & clama quae non parturiebatur: quia multi filij deserere, magis quam eius quae habet utrum: de quibus postmodum uisura est filios aliorum usque in multas generationes.

Anno ab incarnatione dñi Millesimo ceterimo tredecimo, a constitutione domus cisterciensis, decimo quinto: seruus dei Bernardus annos natus circiter uiginti duos: cistercium ingressus cum foetis amplius quam triginta, sub abbate Stephano: suauiter iungo Christi collum submitit. Ab illa autem die dedit dñs benedictionem, & uinea illa dñi sabaoth dedit fructum suum, extendens palmites suos usque ad mare & ultra mare propagans eum. Haec quae fuit re uiri dei conuersionis sancta principia. Conuersionis autem eius insignia, quomodo uita angelica gerens in terris uixit, neminem enarrare posse puto, qui non uiuat de spiritu dei de quo ille uixit. Solutus quippe donantis & accipientis est nosse: quantum ab ipso mox conuersionis exordio praueuerit eum dñs in benedictionibus dulcedinis suae, quanta repleuerit gratia electionis: quomodo ab ubertate domus suae in ebrauerit eum. Ingressus est autem domum illam pauperem spiritum, & eo adhuc tempore abscondita, ac penitus nulla, intentione ibi morandi a cordibus & memoria hominum, & ipse de hinc eundi & latendi tanquam uas perditum: deo aliter disponente, & eum sibi in uas electionis comparante, non solum ad ordinem monasterij, confortandam ac dilatandam sed ad portandam uocem suam coram regibus & gentibus: usque ad extremam terram. Ipse uero non tale de se existimans, aut cogitans: potius ad custodiendam cordis sui & propositi constantiam hoc semper in corde, saepe etiam in ore habebat. Bernarde, Bernarde ad quod uenisti: Et sicut de deo legitur, quia cepit Iesus facere & docere, a prima die sui in cella nouitiorum ingressus, ipse cepit agere in semetipso: quod altius erat docendum, ipse cum uero uisus esset in nullo sibi parcens, instabat omnimodis mortis ficare non solum concupiscentias carnis, sed per corpus huiusmodi & sensus ipsos per quos sunt. Cum enim iam interiore sensu illuminatus amoris dulcius ac frequenter sentire inciperet de se ipsum sibi spirantem suauitatem, sensui illi interiori times a sensibus corporis: uixit tamen eis permittebat, quantum sufficeret ad exterioris uisus huius conuersionis societate. Quod cum continuit usus instantia in consuetudine mitteret: consuetudo ipsa quodammodo uertebatur in naturam: totusque absorptus in spiritu, saepe tota in deum directa intentione, seu in meditatione spirituali tota occupata memoria uidens non uidebat, audiens non audiebat, nil sapiebat gustanti: uix aliquando in sensu aliquo corporis sentiebat. Iam quippe annum integrum exegerat in cella nouitiorum: cum extens inde, signoraret adhuc an haberet domus ipsa restitutum, qua solemus hanc celaturam. Multo tempore frequentauerat in trans & extens domum ecclesiae: cum in eius capite ubi tres

erat, una tamen fenestra esse arbitrarer. Curiositas enim sensu mortificatio nil huiusmodi sentiebat uel si eum forte aliquid cogitabat uidere, memoria (ut dictum est) alibi occupata non aduertebat. Sine memoria quippe sensus sentientis minus efficax est. Natura quoque in eo non desisteret: bat a gratia: ut in eo quoque impletum quodammodo uideret esse quod legitur: Puer erat ingeniosus: & sortitus sum animam bonam: & cum magis essem bonus, ueni ad corpus incoinquari. Ad contemplanda quippe spiritualia quaeque seu diuina cum gratia spirituali, naturalia quaedam uirtute pollebat ingenij: sortitusque etiam ipse in hoc aiam bonam, sensualitatem non curiose lasciuam, nec superbe rebellem, sed congaudentem spiritualibus bonis & studiis, & in eis quae ad deum sunt spiritu subdita spirituali, & seruientem: corpus etiam nullum unquam contumacitatem consensu flagitij ad seruendum spiritum, in seruitio dei apertissimum instrumentum. Apparebat in carne eius gratia quaedam, spiritualis tamen potius quam carnalis. In uultu claritas praefulgerebat, non terrena utique sed caelestis: in oculis angelica quaedam puritas & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, ut euidens uisus quibusdam indistinctis foras eriperet: & de cumulo internae puritatis & gratiae copiosae persufusus homo quoque exterior uideret. Corpore omne tenuissimum & sine carnis erat. Ipsa etiam subtilissima cutis in genis modice rubens. Illo nimirum quicquid caloris inerat naturalis: assidue meditatio & studij sacrae copulationis attraxerat. Caerules ex fluo colorabatur & candido, barba subrufa: circa sinu uixit eius reperia canis. Statura mediocritatis honesta: longitudo uero uicinis apparerebat. Sed cum caro in eo ex domo praueuientis gratiae, & adiutorio subiectionis naturae, & usu bono spiritualis disciplinae, uix tam aliquid occupasset aduersus spiritum: hoc est quod spiritus laederet, spiritus supra uires, supra uirtutes carnis & sanguinis, tanta aduersus carnem concupiscebatur: ut infirmum animal cadens sub onere, resurgere non ualeret.

Uero autem placuit ei quod eum segregauit a seculo & uocauit ut uideret gratia reuelaret in eo gloriam suam, & multos filios dei qui erant dispersi per eum congregaret in unum: in inter abbatem, Stephanum ad aedificandam domum clareuallis, mittere fratres eius. Quibus abeuntibus, ipsum etiam praefecit abbatem: ministrantibus sane illis tanquam maturis & fructibus uitis, & timentibus eum: tum pro tenerioris aetate studentibus, tum pro corporis infirmitate, & minoris uix exterioris occupationis. Erat autem Clara uallis locus in territorio Lingnonensi, non longe a fluuio Alba, antiqua spelunca latronum: quae ab infimalis uallis antiquitus dicebatur. Ibi ergo in loco horroris & uastae solitudinis condecerunt uiri uirtutis, facturi de spelunca latronum, templum dei, & domum orationis, ubi simpliciter aliquanto tempore deo seruirent in paupertate spiritus fame & siti: in frigore & nuditate, in uigiliis multis. Pulmentaria saporis ex folijs sagi coadhibebantur. Panis (inftar prophetae illius) ex ordeo & milio & uicia erat: ita ut aliquando religiosus uir quidam appositum sibi panem in hospitio, ubertim plorans clamauerit quasi pro miraculo omnibus ostendendum: quod inde uiderent homines, & tales homines. At uisum dei minus ista mouebant. Summa ei sollicitudo de salute multorum: quae a prima die conuersionis suae usque in finem tam singulariter sacratum potestus noscitur possedisse: ut erga oes aias maternum gerere uideretur affectum. Erat ergo uicem in praecordij eius sancti desiderij & sanctae humilitatis confisus. Modo enim se ipsum deiciens fatabat indignum per quem fructus aliquis proueniret: modo oblitus sui aestuabat flagrantissimo ardore: ita ut nulla sibi nisi ex multorum salute consolationem posse admittere uideretur. Sane fiduciam charitatis pariter: sed eandem castigabat humilitas.

Contigit aliquando peractis uigiliis, ut egressus foras & loca uicina circumuicinis oraret ad deum: quantum acceptum haberet obsequium suum & fratrum suorum. Subito uero stans in ipsa ofone, modice interclusis oculis,

oculis, uisum quidem ex uicinis montibus tanta diuersitate habitus & diuersae conditionis hominum multitudinem in inferiorem uallem descendere: ut uallis ipsa capere non posset. Quae uisio quid portenderet, iam omnibus manifestum est. Haec ergo uisio domini uisionem magnifice consolatus, exhortatus est fratres suos: commonens eos de miser cordia dei nunquam desperare. Cum autem quadam die Gerardus frater eius, cellarius domus, apud eum conueneret ut ad necessaria fratrum multa deesse: uisum dei quantum in terram ad praesentes angustias sufficere posset inquisiuit. Ille uero duodecim libras respondit. Tunc dimittens eum: ad orationem confugit. Post paululum uero rediens Gerardus: mulierem quandam de castellone foris esse, & uelut ei loqui uentiauit. Ad quam cum egredieretur: praedicens ad pedes eius cadem mulier duodecim librarum benedictionem ei obtulit: orationum suffragia imploras uero suo periculo egrotanti. Quam breuiter allocutus, dimisit a se: uadentes, sanum inueniens uirum suum. Illa uero, absens in domum suam: sic audierat, sic inuenit. Abbas uero consolans pusillanimitatem cellarii sui: ad sustinendum dominum decetero reddidit fortorem. Nec tantum semel hoc, sed saepe cum huiusmodi instaret necessitas certum est diuinum affuisse auxilium, unde non sperabatur. Propter quod uiri prudentes intelligentes manum domini esse cum eo: tunc uirtutem mentis eius quae ad delicias paradisi nuper egressus: rerum exteriorum sollicitudine in quietate pertimescebat: ab ipsi in terra semetipsum ut poterat digerentes, & cum tantummodo de spiritualibus & interioribus consulentes. Ipse siquando pro aedificatione sermonem ad eos habebat: hominibus supra hominem loquens, uix intelligebatur. Tamen sexta sententiam sancti Iob, nefas putantes contradicere sermonibus sancti: non excubabat infirmitatem suam, sed accusabant. Cumque ad nutum arguentis humiliter uent, qui arguebantur: cepit etiam spirituali magistro aduersus fratres humiles & subiectos, zelus suus esse suspectus. Unde factum est: ut fieret magistra magistri, pia humilitas discipulorum. Cogitabat enim eos multo meliora & uiciorum salutis suae in silentio meditari, quam ab ipso audiret, deuotius & efficacius salutem suam operari, quam ex eius exemplo acciperent. Timebat uero ex praedicatione sua eos scandalizari potius quam aliquam aedificationem concipere. Cumque super hoc turbaretur & contristeretur, & diuersae cogitationes ascenderent in cor eius: post multos cogitationum fluctus, & cruciatum cordis decreuit ab exterioribus omnibus ad interiora se recolligere: & in solitudine cordis, & secreto silentij ceterum re, donec misericordiae suae super hoc ei suam reuelaret, dominus uoluntatem. Paucis autem postea euolutis diebus uidit in uisu noctis personam quandam cum claritate sibi stantem, & magna auctoritate praecipientem: fiducialiter loquitur, quicquid ei suggereret in aperitione oris sui: quoniam non ipse esset qui loqueretur, sed spiritus dei loqueretur in eo. Et extunc manifestus ei, & per eum loquens spiritus sanctus, & sermonem ei potenter & sensum in scripturis abundantiorem suggerens: apud auditores quoque gratiam ei addidit & auctoritatem, inde erat quod tam confidenter quam utiliter loquebatur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum: tum praedicaret uerbis dei quae quidam asserunt in modum, sic patens & placens efficiebat, & circa id uidegebatur efficax ad monendum: ut niterentur omnes in uerbis gratiae: quae procedebat de ore eius. Praefatus quoque pater illius qui domum remanserat, ueniens ad filios suos appositus est ad eos. Qui cum aliquantulum tempus sibi fecisset: obiit in senectute bona. Soror quoque eorum in seculo nupta, & seculo decessit, cum in die uirginitatis & delictis seculi periret: tandem aliquando in spiritu uisus est, ut fratres suos uisitare. Cuius uisio quae si uisura uenerabilis Bernardum fratrem suum, & adesset ei comitatu superbo & apparatu, ille delectans & excreas ea

tanquam rhete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquirere exire ad uidentem eam. Quod audiens illa confusa & compuncta uehementer, cum nullus ei fraterum suorum occurrere dignaretur, cum a fratre suo Andrica quem ad portam inuenerat monasterij, ob uictum apparatum stercus inuolutum argueretur: tota in lachrymis resoluta, etiam peccatrix sum, inquit, pro tabulis Christi mortuus est. Quia enim peccatrix sum: idcirco consilium & colloquium bonorum requiro. Et si despicit frater meus carnem meam: ne despiciat seruis dei animam meam. Veniat, praecipiat, quicquid praecerit, facere parata sum. Hanc ergo promissionem audiens, exiit ad eam cum fratribus suis frater eius. Et quia eam a uisio separare non poterat: primo uerbo omnem mundi gloriam in cultu uictum, & in omnibus seculi pompis interdidit, & forma uita matris suae (in qua multo tempore uixerat cum uisio) ei indicit: & sic eam dimisit. Illa uero obedientissime praerites praerit: rediit ad propria: marata repente secum dū oportentiam dextere excessit. Stupebant autem omnes adolecentiam nobilem, delicatam, subita eremitanam: in habitu & uictu, in medio seculi uitam ducere eremiticam: in ista re uigilias & ieiunias, & ceteris orationibus: & ab omni seculo profusus se facere alienam. Bicennio sic uixit cum uisio suo qui etiam uirtute eius perseverantem uictum, tandem liberam a se demittens, facultatem ei concessit seruendum deo cui se probauit. Illa uero optata libertate posita, monasterium uisum audiens, cum sanctimonialibus uictibus deo seruientibus reliquum uita suae deo uouit: ubi tantam ei gratiam dominus contulit sanctitatis, ut non minus animo quam carne illorum probaretur uirtutum dei esse germana.

Uero autem missus uisio Clarauallensem Bernardus ordinandus esset, & sedes ingeniensis uacaret, ad quam ordinatum ipsa respiciebat, quare uictibus fratribus qui eum ducerent ordinandum, obtulit se bona fama uenerabilis cathalanicensis episcopi, optimissimissimi magistri Gaugerij de campellis, illucque cum transmittendum dimisit. Sic factum est. Abiit autem cathalanicum assumpto eum elbodone monacho quosdam cisterciense. Intrauit ergo praedicti episcopi domum in uentis excessi corporis & moribundum, habitu quoque despiciabilis, subsequente monacho seniore, & magnitudine & robore corporis elegant: alijs identidem, alijs rem ficut erat interpretando uenerantibus. Cum autem quaereret quis eorum esset abbas, episcopus primus oculos in eum aperitos habens agnouit seruū dei, & suscepit eum sicut seruus dei. Cum autem primo in privato colloquio, omni melius locutione prudentiam inueniens magisque proderet ueritatis dila loquendum, intellexit uir sapiens diuinam uisitationem in aduentu hospitis: sine nec desuit hospitalitatis pia instantia. Sumptaque familiaritatis ducta & libertate loquendum, habito ad alterutrum sancto colloquio melius eum comē dabat conscientia quam uerba. Ex illa ergo die, & ex illa hora facti sunt cor unum & anima una in domino: instantum ut efficeretur Clara uallensium non sola domus episcopi: sed per ipsum tota ciuitas Cathalanicensis. Quin etiam reuensis prouincia & gallia tota per eum in deuotionem excitata est ad reuerentiam uiri dei. Ab illo in quidem tanto episcopo, ceteri didicerunt suscipere eum & reuereri eam quam angelum dei: ita ut futuris temporis praesens illi eo gratiam uideretur homo tantae auctoritatis: sic affectus erga ignotum monachum, & monachum tantae humilitatis. Modico uero post tempore transiit: cum eousque inimitas abbatibus inuenerat, ut iam non nisi mors, aut oimorte grauior uita speraretur: ab eodem episcopo uisitatus est. Cumque uisio eo episcopus se non solum uita eius, sed & sanitatis spem habere diceret: consilio eius acquirere secundum infirmitatis suae modum aliquam corporis suo curam patretur impendit: ille uero ad rigore uel usu

consuetudinis suæ minus facile flecti posset, profectus episcopus ad capitulum Cisterciense: ibi coram pauculis abbatibus qui conuenerant, pontificali humilitate & iacens, dotali charitate toto corpore in terram prostratus, petijt & obtinuit, ut toto anno uno in obedientiam sibi tradere retur. Quid enim tante humilitati, in tanta posset auctoritate negari? Reuersus itaque clarauallens, extra claustra & terminos monasterij domunculam unã ei fieri præcepit, ordinans & mandans in cibo uel potu, sine in aliquo humilissimi, circa eum nullam teneri ordinis districcionem, nullam de tota cura domus ad eum referri sollicitudinem, sed sibi cum uicere sibi secundum modum ab eo præstitum. Sic igitur ex præcepto episcopi & abbatum feriatas ab omni sollicitudine domus; deo nacabat & sibi: quasi in delicijs paradisi exultans. Regiũ autem illud cubiculum considerantibus, tantam sui reuerentiam incutebat, ac si ad altare dei ingrederentur. Sanã cuiusdam homini rusticano traditus erat ab episcopo ad obediendum: qui se cum curaturum, factans pollicebatur. Et licet tam grauer in firmaretur offerrebantur ei cibi, quos sanus quis uix præ angustia famis attingeret: admirantibus & tabescentibus qui uidebant: ipse autem in quem hæc fiebant indifferens, ter cuncta sumens: æque omnia approbabat. Senu quippe corrupto, & emortuo penè sapore: uix aliquid diceret. Solã enim aquã sibi sapere dicebat: eo quod dum sumeret, fauces ei & guttur refrigerabat. ¶ Nocte quadam solito attentius orando effudit super se animam suam: cum tenuiter soporatus uoces audiuit tanquam transiuntis multitudine copiose. Eutgilans autem & eadem uoces plenius audiens: cellam quoque in qua iacebat egressus profectus est abeuntes. Haud procul aberat locus denis aduic ipinarum ueprumque fructibus abundans: sed nunc longe maratus ab illo. Super hunc aliquandiu stabat uelut alienantes chori hinc inde dispositi, & uis sanctus aut dicebat & delectabatur. Causis tamen mysterium uisionis non prius agnouit: quam translatis post aliquot annos non sine diuinis reuelationibus ædificijs monasterij, eodem in loco postquam oratorium cerneret: ubi uoces illas audierat. Erat tunc repositus uidere Claraualis aurea secula: cum uis uisitatis olim diuites in seculo & honorati: in paupertate Christi gloriantes, ecclesiam dei plantarent in sanguine suo: labore, & ærumnis: in fame & siti: in frigore & nuditate: & angustijs multis, sancte illi ualẽ eam quã postea habuit preparantes sufficientiam & pacem. Erat cernere quasi nouos cælos in terra & antiquorum Aegyptiorum monachorum patrum nostrorum antiquas semitas: & in eis recentia sanctorum uestigia. Prima facie ab in troentibus Claraualens: per descensum montis: deus in domibus eius cognoscebat, cum in simplicitate & humilitate ædificiorum: simplicitatem & humilitatem inhabitantium, uallis nuda loqueretur. Denique in ualle illa plena hominibus, in qua nemini octo sum esse licebat, omnibus laborantibus & singulis circa inuncta occupatis, media die medix noctis silentium à superuenientibus inuenebatur: præter laborum sonitus, uel si fratres in laudibus dei occuparentur. Porro silentij ipsius ordo & fama: tantam etiam apud seculares homines superuenientes: sui faciebat reuerentiam: ut etiam ipsi non tantum praua uel oculo, sed aliquid etiam quod ad rem attrineret, sibi loqui uererentur. Loc uero ipsius solitudo inter opaca Siluarum, & uicinorum hinc inde montium angustas: in quo ferui dei latebant, speluncam illam sancti patris Benedicti: quoda modo representabat, in qua aliquando à pastoribus inuentus est: ut causis imitabantur usam: habitatio nis etiam eius ac solitudinis formam aliquam habere uiderentur. Omnes quippe etiam in multitudine solitarij ibi erant. Vallẽ uanque illam plenam hominibus ordinis ratione charitas ordinata: singulis solitariam faciebat, quã sicut unus homo inordinatus, etiam cum solus est,

ipse sibi turba est, sic sibi unitate spiritus & regularis lege silentij, in multitudine hominum ordinata, solitudinem cordis sui singulis ordo ipse defendebat. Domibus uero & habitaculis simplicibus, uictus i habitantibus permittis erat. Hæc ergo fuit in tempore illo sub abbate Bernardo & magisterio eius: in clarissima & charissima ualle illa spiritualium schola studiorum: hic feruor regularis disciplinæ: omnia eo faciente & ordinante, & tabernaculum deo in terris ædificatum secundum exemplar quod ei in monte ostensum est: cum in solitudine Cisterciensis cum deo in nube habitaret. Et utinam post timentia primæ conuersationis circa semetipsum talem se exhibuisset, qualem etiam ceteros: tam benignum, tam discretum, tam sollicitum. Sed continuo cum ab annuæ illius obedientie uinculo solutus, & sui iuris effectus est: uelut arcus distensus ad pristinum rigorem, & sicut torrens detentus, & dimissus ad prioris cursus consuetudinem reuersus est: quasi reprensus à semetipso pœnas diuiculae illius quietis, & damna laboris intermissi. Videre hominem imbecilem & languidum conari & aggredi quæcumque uellet, minus considerare quid possit: sollicitum pro omnibus: circa seipsum negligentem: omnibus in omnibus alijs obedientissimij: sed de seipso uix aliquando seu charitati, seu potestati obediens. Semper enim priora sua nulla reputans maiora moliebatur ad non parcendum corpori: & ad studij spiritualibus robur addendum, corpus suum uarijs infirmitatibus per se attenuatum, seipsum insuper & uigilijs sine in remissione atterendo. ¶ Quid dicemus de somno, qui in ceteris hominibus solet esse refectio laborum & sensuum, aut mentium recreatio? A principio suæ conuersionis uigilabat quoad uixit ultra possibilitatem humanam, nullumque tempus magis se perdere conqueerebatur, quam quo dormiebat: idoneum factis reputans comparationem mortis & somni: ut sic dormientes uideantur mortui apud homines, quomodo apud deum mortui dormientes. In ipso nanque tenuem uictum tenuis somnus comitabatur, in neuro indulgebat corpori suo societatem: nisi quod in utroque sumptis aliquis: fat ei erat. Quam enim ad uigilias, modus erat ei uigiliarum: non rotam noctem deducere in somnum. Porro ad comedendum uix aliquando uoluptate traheretur: sed solo timore defectus. Et enim comediturus, priusquam comederet: sola cibi memoria satur erat. Sic accedebat ad sumendum cibum, quasi ad tormentum. Laborabat siquidem caro eius multiplicibus infirmitatibus incommodis: ut in eis uirtus animi perficeretur. Quarum periculosior quidem in meatum altissimij gutturis nil penitus siccat: uix solum aliquid admittentis, meleior erat defectus stomachi, uicer uicque corruptio. Hæc continebat: præter alias sæpius incidentes. Natura enim eius (cum tenera nimis semper & delicata: complexione fuisse) dictis multis & uigilijs: frigore & labore, durioribus & continuis exercitijs attrita: corrupto stomacho crudum continuo per os quod ingerebatur rictuabat. Quod siquidem naturali decoctione digestum transfundebat ad inferiora: ibi nihilominus partibus illis corporis non minoribus infirmitatibus incommodis obfessis: non nisi cum graui tormento egrediebatur. Si quid autem residuum erat ipsum erat alimentum qualecunque corporis eius, non tam ad uitam sustentandam: quam ad differendam mortem. Semper aut post cibum, quantum comedisset, quæ se pensare solebat. Si quando uel ad modicum mensuram solitam excessisse se deprehendisset, non impune patiebatur. Sed & usus parcimonie sic ei uertus fuerat in natura: ut etiam aliquando corporalibus sibi cuiuslibet refectio nis, plerumque solito uellet indulgere, uix posset. Orabat scã die uocibus donec genua eius infirmata à iesuino, & pedes eius à labore iustati: corpus sustinere non posset. Multo tempore & quando occultum esse potuit, cuncto ad carnem usus est: ubi uero cuncti cogit: continuo illud abiciens, ad communia

munia se conuertit. Summum enim erat et studium, fugere a iustificationem: & tanquam sese unum agere ceterorum. At persequebatur gloria fugitantiem: sicut è regione captantes eam fugere conuocant. Prouerbium illud in ore ei frequenter, semper in corde: quod factum quod nullus, imitantur omnes. Quo uisum intuitu uitam regulamque communem amplius emulabatur: nil in suis actibus præferens obstante singulari. In ipsis, tamen communibus erat illi singularis puritas, & deuotio non communis. Cibus eius, cum pane lacte uel aqua decoctionis legitimum: uel pulvis quales infantibus fieri solent: aliquando buccella panis in aqua penitus emolliti, cum exiguis sorbiculiculis erat. Cetera uel eius infirmitas non recispebat: uel parcimonie studio ipse recusat. Vino siquãdotebatur raro & nimis modico: cum magis aquam & in armatu suæ, & appetitui competere testaretur. Videbat cum & conuersationem eius medicis & mirabantur: tantamque uim cum in seipso causabantur inferre naturæ, ac si agnus ad aratrum alligatus arare cogere. Nam cum crebra illa ex corruptione stomachi, per os eius indigesta cruditate eruptio alij inciperet esse molestior: maxime autem in choro psallentium, non tamen illico collectas fratrum deseruit, sed iuxta locum stationis suæ, procurato ac desosso in terra receptaculo, doloris illius sic aliquandiu (pro ut potuit) necessitatem illam transegit. At ubi hoc quidem permittit intolerantia rei, tunc deum collectas deserere, & seorsum secum habitare conuulsus est: nisi quantum cofolationis gratia siue disciplinæ claustralis, aut certa necessitate conuentum cum fratrum oportebat interesse. Sic autem fuit ab initio, spiritu ualido, corpore infirmo: nil tamen indulgentiæ circa corporis quietem seu refectioem, nil remissionis de communibus labore uel opere sibi fieri aliquando acquiescens. Ceteros nanque sanctos arbitrabatur & perfectos se uero sicut nouitum & incipientem, nequaquam emeritorum perfectorumque indulgentis & remissionibus indigeret: sed feruore nouitio, & ordinis districcionem, & rigore disciplinæ. Propter quod communis uitæ seu conuersationis feruentissimus emulor, cum opus aliquid maius aditarent fratres quod feruor minor usus ei, seu imperitia denegabat: sodiendo, seu ligna cedendo & proprijs hameris deportando, uel quibuslibet æque laboriosis laboris illud redimebat. Vbi uero uires deficiebant, ad uisitorum quæque opera confugens, laborem humilitate compensabat: & mirum in modum is qui tantam in conuersione rerum spiritualium ac diuinarum acceperat gratiam: circa talia non solum occupari patiebatur, sed & plurimum delectabatur. Sed & mortificata, ut dictum est, sensalitate, ipse prius legio maioris gratiæ, in uirtute spiritus simul & totus quodammodo exterius laborabat, & totus interius deo uacabat: in altero patiens consentiã, in altero deuotionem. Laboris ergo tempore, & intus orabat, seu meditabatur: abque intermissione exterioris laboris: & exterius laborabat absque iactura interioris suauitatis. Nam quæquid in scripturis spiritualiter sentiebat, maxime in siluis & in agris meditando & orando se accepisse confitebatur, & in hoc nullus aliquando seu magistros habuisse, nisi quærens & sagos loco illo suo gratiosus inter amicos dicere solebat. Feriatas autem à labore uel opere exteriori: fugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur. Ad orandum si se solitudo offerret: ea utebatur, fin autem, ubi cumque seu apud se, seu in turba esset solitudinem cordis ipse sibi efficiens: ubique solus erat. ¶ Canonice autem scripturas simpliciter ac feriatim libentius ac sæpius legebat: nec uilis magis quam ipsarum uerbis, eas intelligere se dicebat: & quæquid in eis diuinitis sibi clucebat uertatis, aut uirtutis: in primæ sibi originis fonte magis quam in decurrentibus expositionum riuis sapere testabatur. Sanctos tamen & orthodoxos eorum expostores humiliter legens nequaquam sensibus

eorum suos sensus æquabat, sed subiebat formandos: & uestigijs eorum fideliter inherens, sepe de fonte unde illi hauerant, & ipse bibebat. Sic uoluit sapientia dei per infirma hominis illius, tot tantaque confidere forma mundi huius. Quid enim aliquando pro infirmitate qua libet eius remansit infectum, quod per eum secundum datam sibi gratiam fieri oportere? Quis nostra ætate quã tumulus corporis robusti & accurate ualitudinis, tanta aliquando fecit, quanta iste moribundus & languidus, ad honorem dei & sanctæ ecclesiæ utilitatem? O quantum postea numerum hominum uerbo & exemplo traxit de seculo, non solum ad conuersionem sed ad perfectionem. Quantas ex eis per totum Christianum orbem constituit domos, seu ciuitates refugij. Quicquam enim peccauerunt ad mortem, & ætære mortis rei iudicandi fuerat remissum: & conuertuntur ad dominum: & fugiunt ad eas, & saluantur in eis: sed & quæ bona innumera hominibus: sigillatim præstitit pro causa, pro persona, pro loco, pro tempore, quis enumeret? Vita uero eius quæ omnibus proponebatur imitanda: frugalis continentia exemplo carere non debuit. In quo seruo dei ceteri nimitate forsan excessit, pñs certe mentibus non de nimitate, sed de feruore exemplum reliquit. Sanè non confundeatur ex hoc accusare seipsum (ut potest) uerebatur omnia opera sua) arguens se quod seruitio dei & fratrum suorum abstulerit corpus suum: dum in discreto feruore imbecille illud reddidit, ac penè inutile. Infirmitas tamen, in opere dei potens factus est: uirtus uanque dei uehementius in infirmitate eius resurgens, digniorem quandam apud homines ei effectit reuerentiam: & in reuerentia auctoritatem: & in auctoritate obedientiam. Tam tunc enim ad opus prædicationis diuisum aptabatur: ad quod (ut supra dictum est) ex utero matris suæ cum testimonio diuine reuelationis olim fuerat præsignatus. Et primum quidem circa resuscitandum in monastico ordine antiquæ religionis feruorem, primitias iuuentutis suæ dedicauit: exemplo & uerbo, intra septem monasteria ad fratrum salutem omni studio uacans. Postmodum cum cum iam munus conuersatione conuenit, infirmitatis necessitas plus solito sequestraret: hæc prima copit esse occasio, ut quasi hominibus de seculo expostus (quorum iam ad eum multitudine magna confluxerat) ipse etiam presentiam suam liberius eis ac liberalius accommodans, uerbum uite prædicaret. Cumque longius à monasterio pro causis ecclesiæ communibus interduo obedientiam traheretur: & quocumque ueniret de deo flere non posset, & agere quæ dei sunt non cessaret: sic in breui apud homines innotuit, ut ecclesia dei tam utilis membro in corpore suo repperio, ut ad quodcumque oportebat non dissimularet. Ab eo tempore copiosius addita est ei de die in diem manifestatio spiritus qui erat in eo ad utilitatem: sermo feliciter facundior sapientiæ & scientiæ, cum gratia prophetiæ: & operationes uirtutum, & diuersarum opulationes sanitate.

Rant autem huius beati uiri fratres & filij spirituales mirantes super his quæ audiebant & uidebant de eo. Nec tamen more carnalium in gloriam eleuabantur humani: sed iuuentis ei ætati, & nouæ adhuc conuersationi spirituali sollicitudine metuebant, in quo uisum zelo Galdrice aunculus eius, & Guido primo genitus fratrum, ceteros antecebat ut ipsos tanquam geminos quosdam stimulos carnis suæ, ne gratiarum magnitudo eum extolleret, accepisse diuinitus uideretur. Neque enim parcebant uerbis durioribus exagitantem teneram uerocollam eius, calumniantes etiã bene gesta, signa omnia ammirantes: & hominem mansuetissimum nihilque contradicentem: frequenter usque ad lachrymas, improperis & opprobrijs affigentes. Narrare solebat uenerabilis episcopus Lincognensis Godefridus, sancti uiri & propinquus sanguine, & in conuere

si de focis, & extrinseca per omnia in diuina comes primo miraculo quod per manum eius fieri uidit: praedictum ger manum eius affuisse, Guidonem: Erat enim, eis transiit per castrum Nantons, in territorio Senonum: & iuuenis quidam, cuius pedem sinita occupauerat, praedicti patris Bernardi, tactum & benedictionem cum multa supplicatione petebat. Signatus autem statim conualuit: & post paucos finios dies regressi per eadem oppidum, sanum eum atque in colamem inueniunt. Ceterum saepe dictus beati uiri frater, ne ipso quidem poterat compesci miraculo, quomodo in creparet eum, & praesumptionis argueret, quod d'acque uerit tangere hominem: tanta siquidem eharitate pro eo sollicitus erat.

Cum autem aliquantum in Claraualle tempus uir dominum Bernardus explesset: contigit uirum nobilem, ipsius secundum carnem propinquum Iosbertum de Firmate (quod est oppidum in parochia Claraualle) graueri infirmari. Qui subito praecipitatus, amittit penitus intellectum pariter & loquelam. Vnde & filius eius Iosbertus iunior, & oes amici simul eo magis affligebantur dolore, quod sine confessione & ualido uir magister & magnifice honoratus obiit. Currit nuntius ad abbatem: neque enim tunc in monasterio erat. Venit: & inuenit eum iam triuio sic tacentem. Coepit autem hominum: sed & motus lacrymis sibi eius, & si multum gentium ceterorum, consiliis de misericordia dei, sermonem magnificum protulit eis dicens. Notum est uobis quod homo iste in pluribus grauauit ecclesiam, opprefit pauperes, offendit deum, si mihi creditis ut ecclesiam restituerit ablata, & usurpata: in grauiam pauperum consuetudines dimittantur: & loquatur adhuc & suorum confessionem faciet delictorum: diuina quoque suscipiet sacramenta deuotus. Miratur omnes, letatur filius, familia omnis exultat, quicquid praecipit homo dei firmiter ei promittitur, & impletur. Verum frater eius Gerardus, & Galdricus aumculus, qui erant cum eo non parum territi & turbati, secretis eum super tali promissione conueniant durius arguit, acris inueniuntur. Quibus breuiter simpliciter respondes: facere, inquit, potest facile deus, quod difficile credere uos potestis: Itaque post secreta oratione ad oblationem sacrificij immortalis accessit. Quo offerente, nactus superuenit, qui indicaret praefatum Iosbertum libere iam loquentem: rogare obtulit, ut uir dei festinaret ad eum. Cui post oblatum sacrificium uenienti cum lacrymis & gemitu peccata confessus, diuina sacramenta suscepit. & duobus aut tribus post haec diebus uiuens & loquens ea maxime quae praeeperat abbas sanctus constituit sine ulla retractatione seruari. Sed & disposuit domum suam, & cleomofinas dedit: & sic demum christiano more in bona spe misericordiae dei animam exalauit. Et hoc quidem signum in manu ferui esse: Christus mundo celebrare.

Irea idem tempus accidit, ut aumculus eius Galdricus, qui zelo pie sollicitudinis eius maieftudinem (sicut praediximus) duris increpationibus obruebat: grauis simis febribus laboraret. Demum ingrauescente morbo, ipsa doloris magnitudine superatus, abbatem humiliter supplicatione compellat, ut sui miseretur: & opem sibi ferat, quam ceteris consuecit. At ille cui spiritus super mel dulcis, primam leuiter breuiterque commemoras crebras super huiusmodi obfurgationes ipsius, & impones ei ne forte haec diceret retans eum: persistenti tamen manum imponit, & febrem abscedere iubet. Nec mora ad imperium eius reliquit eum febribus: expertum in semetipso quod ceteris arguebat. Idem quoque Galdricus cum in Claraualle aliquantos iam peregrisset annos: seruens spiritum, & totius boni emulatore hac luce migrauit. Qui ante unam serchoram turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus inuenit, sed ad pristinum statum serenitatem reuertens, uultu genit

ceps placidissimo exspirauit. Noluit autem dominus sollicitum abbatis animum, huius rei cognitione fraudari. Si quidem post aliquot dies idem Galdricus apparet ei in usu uocatus, cum omnia erga se prospera esse scilicet in re sponderet: & in magna se gratularetur felicitate locuti, demum interrogatus quidnam sibi uoluit iam acerba illa in morte tamque repentina commotio. Dicebat autem quod ea hora quo spiritus nequam, uelut in puteum horrendae profunditatis cum praecipitare passent, unde terris ita contremuit: sed beato Petro accurrente ceptus, nihil sit deinceps laetionis.

Ungum esset cum ea narrare quae super his qui ex hac uita discesserunt, & eorum felicitate, seu etiam necessitate, diuina et gratia reuelare ab ipsis suis consueuit. Vnum tamen eis fuit quod ob fratrum commotionem, aliquoties etiam ipse pater commemorare solebat. Frater quidam bonae intentionis, sed durioris erga ceteros fratres conuersationis, & minus compatens quam deberet in monasterio defunctus est. Post paucos autem dies uiro dei apparuit, uultu lugubri & habitu miserabilis: significans non ad uotum sibi cuncta succedere. Interrogatus autem ab eo quid sibi esset: quatuor dilaceratis sese traditum querebatur. Ad quod uerbum continuo impulsus est: & quasi praecipitauerit expulsum a facie uiri dei. Qui grauis ingemiscens: post tergum eius clamauit. Precipio, inquit, tibi in nomine domini: qualiter tecum agatur in proximo mihi iterum innotescas. Et conuersus ad orationem pro eo & oblationem hostiae lautaris: aliquos etiam fratrum quorum ampliorum uenerat sanctitatem, eadem subuenire monerat. Nec uero desistit: donec sicut praeeperat altam reuelationem cognita eius liberatione meruit consolari.

Infirmabatur aliquando ipse uir dei: & uelut nihil quidam flagrantem incesantem ab eis ore fluebat. Vnde exhausto corpore, usquequoque deficiens paulatinus ad extrema decurrit. Conueniunt itaque filij & amici eius: uelut ad exequias tanti patris. Cumque extremum iam trahere spiritum uiderent: in excessu mentis, ante tribunal domini sibi uisus est praesentari. Affuit & sahan: ex aduerso impioribus cum accusa tionibus pulsans. Vbi uero ille omnia fuerat profecutus, & uiro dei pro sua parte dicebam: nihil territus aut turbatus ait: Fateor non sum dignus, egone propter possum meritis regnum obtinere celorum: Ceterum duplici iure illud obtinens dominus meus, hereditate scilicet patris & merito passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi uendicans, non confundor. In hoc uerbo cofusus in fine, conuenit ille solutus & homo dei in se reuersus est. Cumque ex hoc magis dissolutionem sui corporis imminere speraret: uisio altera longe dissimilis est secuta. Si quidem uelut in littore quodam positus: uidebatur sibi nauem quae se transueheret expectare. Cumque applicuisset nauis ad litus, festinabat ingredi: & illa cedens impingebat in aquam. Vix tertio ita faciens, tandem relicto eo, nauis ibat: & non reuertebatur. Intellectum autem protinus necdum tempus fuit: magis gratiationis adesse. Adhuc tamen crebescere dolor, eo utique magis molestus: quo minus iam eum spes immunitatis exitus solabatur. Contigit autem aduersperante iam die, ut ceteris fratribus iuxta consuetudinem accedentibus ad lectionem collationum: solus abbas cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in dierofortio in quo facebat. Cumque uehementius affigeretur & supra uires dolor exereferet, aduocans alterum & duobus subiectis oratum ire. Excusantem denique & dicentem, non sum ego talis orator: obedientiae auctoritate compellit. Itum est & oratum ad altaria: quae in eadem basilica erant tria. Primum in honore beate dei genitricis, duo circumposita in honore beati Laurentij martyris: & bati Bndicti abbas.

Eadem

Eadem igitur hora affuit uiro dei praedicta beata uirgo duobus illis stipata ministris: beato scilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderat autem in ea serenitate & suauitate quae eos decebat: & tam manifeste, ut ex ipso introitu cellulae, personas quoque discernere singulorum. Imponentesque ei manus & loca dolori atrataque psummo lenientes: omne protinus agrotudinem depulcrunt, fecatus est enim illico flagrantis ritus: & dolor omnis abscisus. Minus quidem iam stare poterat, sed erat sedens penes iugiter, & rarissime mouebatur: quoties subtrahere se negotijs poterat, aut orans, aut legens, aut scribens, aut insilens doctrinae & fratrum edificatione: aut in sacra meditatione persilens. In quo nimium studio spirituali gratiam obtinuerat singularem, ut non tedium in illo, non difficultatem aliquam sustineret: libere secum habitans, & deambulans in latitudine cordis sui: & sibi dem exhibens Christo (ut monere alios ipse solebat) cœnaculum grande stratum. Frequenter tamen licet sic affectus diuino urgente metu, uel charitatis compellentis spiritu, studium hoc uelut cris uerberis postponebat: doctus quare non quod sibi erat utile, sed quod multis. Desiderauerat autem ab insilio omnimodo subtrahere se negotijs, & nusquam egredidit: sed in monasterio residere. Quod & postmodum ex defectu corporis occasione se reputans inuenisse oportuno namaliquando statuit, & aliquandu tenuit: donec illum exire cogi necessitas grauis ecclesiae dei, & summi pontificis, atque omnium abbatum sui ordinis iussio: quibus per omnia tanquam patribus deferrebat. Ex quorum etiam mandato, nouissimis diebus annis praeter cucullam & tunicaeam laneo panno in modum clamidis decurratae, & pileo simili utebatur: inter tantos languores corporis & labores, nullis unquam uti pellibus acquiescens, in uestibusque paupertas semper placuit: fordes nunquam. Nimirum animi forte iudices alicui: aut negligens, aut inanser apud se gloriantis, aut gloriam affectantis humanam: in celsus eius & habitus omnis, modestus & disciplinatus: praeferebat humilitatem, redolens pietatem, exhibens gratiam, exigens reuerentiam: solo uisu laetificans & edificans intuentes. De ista frequenter auditum est ex ore illius dum cachinnos religiosorum hominum miraretur non meminisse se à primis annis suae conuersationis aliquando sic risisse, ut non potius ad ridendum quam ad reprimendum sibi uim facere oporteret. De ociofate uerborum uel nugis, cautus erat artificioso obseruare quod ad papam Eugenium scribens de sui cordis plenitudine erudauit. Nuge si incidant interdum, inquit, ferendae fortassis: referendae nunquam. Prorumpendum sane insierum quid, quod non modo utiliter, sed & libenter audiant: & superflueant oculos. Interueniendum caute & prudenter nugacitati. Tanto studio fugisse nugas, quia tanto odio persecutus sit detractiones facile potest aduertit. Quod uero inuitus, & non ex cordis amaritudine uerbum proferret amarit: ex eo maxime animaduertebatur: quod per facile eiusmodi impetum cohibebat. Si quidem mirabatur quorumdam improbitatem & duritiam hominum, quos aliquando forte turbatos exultationem quamlibet rationabilem, satisfactionem quamlibet humilem, admittere grauat: quod ipsa suae turbationis passio sic eos delectet ut oderint omne remedium: & omnimodis satagant ne semel orta comotio sedari ualeat & sanari. Increpatio ne rarus utebatur: monitis potius & obsecrationibus agens. Et quidem in libertate spiritus, excellenter enituit eum humilitate & mansuetudine tam: ut quodammodo uideretur, & uere: neminem & omnem hominem reuereri. Quod uero placabilem, & persuasibilem quamque eruditam linguam dederit ei deus, ut sciret quem & quando deberet proferre sermonem: quibus uidebatur cololatio uel obsecratio quibus exhortatio congrueret: nosse poterunt aliquatenus, qui ipsius legitime scripta: & si longe minus ab eis qui uerba eius sepius audierunt. Vocem in uualis quo corpore ualidam satis, intelligibilemque ei conulerat:

qui in opus praedicationis segregauerat illum ex utero matris suae. Sermo ei quoties opportuna inueniebatur occasio, ad quascumque personas de edificatione animarum, prout tamen singulorum mores intelligentiam & studia nouerat: quibusque congruens auditoribus erat. Sed rursi canis plebibus loquebatur, ac si semper in uelut in ritis: sic ceteris quibusque generibus hominum: reclusi omnium uestigandis eorum operibus operam impendisset. Litera tus apud eruditos, apud simplices simplex, apud spirituales uiros, perfectionis & sapientiam affluens documentis, omnibus se coaptabat: omnes cupiens lucrifacere Christo suo, inde erat quod Germanicis etiam populis loquens, miro audiebatur affectu: & ex sermone eius quem intelligere utpote alterius linguae homines non ualebant, magis quam ex peritissimis cuiuslibet post eum loquentis interpretis intellecta locutione, edificari illorum deuotio uidebatur: & uerborum eius magis sentire uirtutem. Cuius rei certa probatio rursi postoritur & effusio lacrymarum. Tanta enim gratiam uirtus ei diuina contulerat: ut licet abscisus esse elegisset in domo dei, uerbis tamen fructificaret quam plures alij in sublimi potestati: & lucens amplius illustraret ecclesiam uelut deus modio suae humilitatis, quam multi super candelabra constituti. Quoties eum necessitas aliqua foras monasterium traheret: seminabat super omnes aquas publicatione & priuatum am nuncians uerbum dei. Quod tamen ipsum ex mandato summi pontificis aditabat: ad nutum quoque praesuli ceterorum ubique eorum aliquem contigisset adesse: in omnibus eo magis sacerdotibus defersens, quo plenus intellectus erat, quae ministris Christi reuerentia deberetur. Inmarta enim erat ei a puero uerecundia: quae & in eo usque ad diem perferauerit extremum. Inde erat quod licet magis eum & excelsus in uerbo gloriae: nunquam tamen Cicus saepe testatus est in quolibet humili coetu sine metu & reuerentia uerbi fecit: tacere potius desiderans, nisi aut obedientia aut consuetudine propria stimulis urgeretur, cum timore dei & charitate fraterna.

Unicuique dilectus deo & hominibus Bernardus in illa ualle sua & uicinis ciuitatibus & regionibus, multis & magnis florere uirtutibus & miraculis: cepit magis ac magis in oculis omnium mirabilis & uenerabilis apparere. postmodum uero feliciter in eo proficere & usum sanctae praedicationis, & ex copulatione: rethe uerbi dei in manu piscatoris dei tam copiosas piscium rationalium multitudines cepit concludere: reut de singulis eius capturis nauicula unius illius simpleti posse uideretur. Vnde factum est ut in breui maiori miraculo praesentibus quae in hac uita gessit miraculis, per unum hominem languidum cooperante gratia dei obscura usque ad illud tempus illa uallis: re nomine Claraualle efficeretur. Iam uero ad eandem claritatem cofluente quotidie diuersarum regionum & ordinum multitudines copiosae: de locis angustioribus uallis illius, domo claustralis habitantionis, no sine diuini quibuldam reuelationibus translatre, spaciosorem & planiorem locum inhabitantibus praebat. Iam domus ordinis illius, filiae & filiae filiarum domus ipsius, extra ultraque alpes, & maria, deserta plurima impleuerunt: quotidie confluentibus fratribus locus erat querendus. Si quidem petebatur fratres undique & mittebantur, ab eo cum beatos se estimaret reges gentium & praesules ecclesiarum, ciuitates & regiones, quae quocumque de domo illa & disciplina uiri dei, meruissent contubernium aliquod aduipisci. Nam usque ad Barbaras nationes in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exuit humanam, religio hae per eum profecta est: ubi per eam bestiae filiae homines sunt: & cum hominibus affluere conuersari: discunt a sinibus terrae cantare domino canticum nouum. Cooperante siquidem gratia spiritus sancti, quocumque ibat plenus redibat, & sua cum plenitudine comitabat: & alijs abentibus alijs succedentibus in locum eorum, nunquam in diebus eius sanctae illius congregatiois plenitudo minuebat. Nec

Uenerabilis et publicus 907.

tamē dimittēbat suos quos à se trāsmittēbat: sed ubi cōspicēnt: ipse semp̄ paternā sollicitudinē erat cū eis. Ad eum enim quōtidie ex laeta, seu tristitia filiorū suorū reuertēbantur. Saep̄ etiā sine omni reuelatione carnis & sanguinis, ei diuinitus innotēcebat, quid cōtra aliquos eorum loquē à se distantes ageretur: si quid eis prouidēdū, si quid in eis emendandū fuisset: tentationes quoq; & excessus eorum, infirmitate & obitus, & diuersarum tribulationū incursus. Nam & pro absentīū fratrum certis necessitatibus, præsentiū circa se fratribus saepe orationem iudicialit̄ nom̄inē etiam morientes in locis alijs ad ipsum per uisionem accessisse noscuntur, benedictionem eius & licentiam postulantes: nimirum agente hoc & obedientia missorum, & charitate mittentis.

Aderat aliquando coram ipso monachus quidam Flamiacensis, continuo ad suos rediturus. Cumq; accepto responso super his pro quibus uenerat: tam ab eo egrederetur in spiritu & uirtute Helix reuocans eū propheta dei, & nomine fratris cuiusdam de domo illa premisso: de occultis quibusdam audientibus nonnullis, & mandauit illi ut ea corrigeret. Simul autē iudicium super se def in proximo expectaret. Stupefactus ille cui loquebatur: quis hoc ei dixit iniqui ut. Quisquis iquit, dixerit mihi, tu uade, & dic que ego dico tibi: me si dissimularis, te quoq; inuoluat par poena peccati.

Guido frater hominis dei maior natus inter fratres suos, cuius grauitatis & ueritatis fuerit uirtutes nouerunt qui eum nouerunt. Hic ali quando cum de huiusmodi uiris religiosi loqueretur: licet suo more & solito studio fratras uirtutes deprimeret, tandem cum eis inter quos tunc sermō nābatur, nollet esse molestus: quae, inquit, nescio nō dico uobis: sed unum scio & expertus sum, multa ei in oratione diuinitus reuelari. Cū iam dei famulus annos aliquot in Claraualle peregrinasset: subit animū eius ut sanctum Hugonē Granopolitani episcopi, & Cartusenses fratres deuotionis gratia uisitaret. Quē prae dicitus sanctus episcopus, tam granteiter & tam reuerēter suscepit, diuinā intelligēs in eisdem hospitii sui uisitatione praesentiam: ut proleptus elotenus adoraret. Videns autē seruus Christi, episcopum etate grandaeuum, celebrem opinionē, sanctitate conspicuum coram se procedentem expauit uehementer: ipse quoq; corruens ante eum, ita dēmū susceptus in osculo pacis, humilitatem suam tanti uiri ueneratione confusam, non sine graui gemitu cauebat. In cuius pectore singularē obtinuit ex eo tempore locum: ut fierent deinceps duo illi filii splendoris cor unum & anima una: & se inuicem fruerent in Christo. Cartusiae quoq; à uiro reuerendissimo Guidone priore uenerabili, & à ceteris fratribus, eodem affectu & ueneratione susceptus est seruus Christi: exultantib; illis in gaudio quia qualem cum per epistolam prius nouerant, talem inuenerunt & praesentē. Ceterum cum in reliquis omnibus edificarentur, unum fuit quod praedictum priorem Cartusensem aliquatenus nouit: stramentum uidelicet animalis cui idem uir uenerabilis inuadebat, minus praefrens paupertatem. Nec silentio praesens emulatio uirtutis, quod mente concepit: sed locutus unī & fratribus eius: aliquantulum se moueri concessit est & mirari. Cumq; ille ad patre sanctū quod uideat ratu resisset: nō minus ipse miratus, quale illud esset stramentum querebatur: eo q̄ à Claraualle pergēs usq; ad Cartusiam nunquam illud attendisset: & usq; in horam illam quale esset omnino nesciret. Neq; enim suum erat animal illud, sed à quodam monacho Cluniacensi commodatum & erat: sicut iterare sibi ille solebat. Quod uerbū audies prior, in eo potissimum mirabatur, q̄ sic ille dei famulus abbas foris oculis circūcidisset, intus animū occupasset: ut quod ipse prius offenderat usū, hoc ille tanti itineris spacio non aduertisset. Iuxta lacum etiam Lansemā toti dicit itinere pergēs penitus non attendit: aut se uidere

non uidit. Cum enim uespere factis, de eodē lacu socii colloquerentur: interrogabat eos ubi lacus ille esset: & mira ut sunt uniuersi.

Vimabbas sancti memorati gratia Guillelmi episcopi Cathalaunum frequentaret: rediens aliquando traxit secum militum unum nobiliū & literatorū clericorū, & laicorum. Quibus in domo hospitum demorantibus dū nouellas plantationes caelestibus rigaret eloquijs, superuenit portarius monachus nuncians Stephanum de uirore magistrū eorum adesse: ad renunciantium seculo, & cum eis manendum. Quis alius de talis uiri aduentu non exultasset: praesertim cum uallis illa huiusmodi frumento non multū adhuc abundaret. Ipse uerō reuelante sibi spiritu sancto insidias spirituales nequitiae, tactus aliquantulum ingemiscens: erupit uocem mirantibus intuleris. Malignus, ait, spiritus huc eum adduxit, solus uenit: solus reuertetur. Obstupere omnes: qui prius audito eius aduentu non se poterant capere praesertim. Veruntamen non pusillos adhuc filios scandalizaret: suscepit hominem, & de perseuerantia alijsq; uirtutum studijs studiose communuit: scias & praesens uident omnia promittentem nihil acturum, cum perleueraturus in cellam nouitorum probandum introuisset. Vnde postea idem Stephanus, sicut confessus est cum in cella nouitorum demoraretur: maualium quendam puerum ab oratorio se extrahentem. Vbi nouem ferme mensibus degēs nouissime tamē defecti, & ut de eo praedictum fuerat sicut solus uenerat, sic solus recessit. Vtergo ad hūc dei hominem abbatem sermo recurrat: tot & tanta sunt facta per eum: miracula: ut si quis omnia uelut aut uerbo pronuntiare aut scripto: nec incredulitate nec incredulis: uel fastidiosus possit generare fastidium. In omnib; autem uerbis & operibus suis quum purus ei fuerit oculi intentio: manifeste demueciabat corpus lucida eius operatio. Cum enim mundi huius fugerit semper honorē: omniū uero bonorum non effugit ueritatem. Cuius enim aliquid quando uoluntati sic demittit: cuius consilio sic se humiliat ut omnis potestas, tam secularis quam ecclesiastica dignitatis: Reges superbi, principes & tyranni, milites & raptores sic eum timebant & reuerentur, ut uideatur in eis impletum quod in euangelio legitur. Ecce, inquit, dominus discipulis suis, dedit uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones: & super omnem uirtutum inimici. Porro inter spirituales, & ubi spirituales spiritu liter examinantur: longe et alia auctoritas erat. Loquentē enim eo seu tractante, sensibus eius humilitatē uel intelligentijs submittēbant ceteris sensus & intelligentias suas. In huius pectore uiri dei patri federe puritas suauitasq; confederant: satis quidem utraque mirabilis: sed mirabilior utriusq; complexus. Inde est quod & puritatem in eo suauitas amabilem faciebat, & suauitatem puritas acceptabilem: ut difficile fuerit estimare gratiae, an reuerentiae amplius obtineret. Quis enim tam rigida conuersationis, qui Bernardum Claraualensem non reueretur abbatem: Quis tam dissolute, qui non erga eundem dulciter afficeretur: Dulcissimis si quidem affectibus plenus pet̄ ipse gerebat: alios tamen arguens libere quoties opus erat, in spiritu lenitatis. Humanissimus erat in affectuē magis tamen fortis in fide, & ut hinc breue proferatur exemplum, sicut ipse quoq; testatur. Germani filii Gerardi & amici tā necessarii, sicca oculis celebrant exequias: sicca oculis corpus eius tradidit sepulture: ne affectus fidem uincere uideretur. Talem autem illum uerbis perinde fructificaturum, manus diuina formauerat: ut austeritatem suauitatis morum tolleret: auctoritate sanctitas conseruaret. Cui enim uel benignitas tanta esset onerulū tanta bonitas non esset honorē. Difficile omnino uideretur: ex historijs aliquibus inuenire hominem unum conuersantem adhuc cum hominibus, in uisita terra tam celebre & amabile obtinuisse nomē: à tollis ortu & occasu, ab aequilone & mariti. Ut enim illas memoremus prouincias ex quibus monu

menta

menta certiora superesse noscunt: & in ecclesia orientali, & apud soles occidentales hybernorum, & à meridie i remotis finib; Hispaniarū, & ab aq̄lone in insulis q̄ procul sunt, datia: sueta: q̄ celebratissima ei op̄inio fuit. Crebras undiq; recipiebat epls: & reddebat. Vndiq; exenia mittebantur: undiq; eius benedictio petebat. Vnde nō incongruū aliū quid eps ille uisus uidet, qui post factū eius obitum dū fratres cōsolaret, inter cetera quoq; ueraciter in ipsi p̄secutus est laude, q̄a in oēm terrā extitit son⁹ ei⁹: & in finē orbis terrae uerba illa. Vincēbat tū sublimitatē nois: humilitas cordis. Deniq; sicut sepius fatebatur, iter summos quoq; honores & fauores p̄porū uel sublimū perfonarum, alterū sibi mutarū: hoicem uidebatur: sc̄q; reputabat absente, uelut quoddā somnū suspicatus. Vbi uerō simplicioris ei fratres ut a solet familiariter loquebantur amica eius humilitatis fruentis: sibi se inuenisse gaudebat: & in propriam redisse p̄sonā. Et cū tanta uirtū hūc sanctū apud deū & homines commendaret: sacrarū insignia uirū, apud, testimonia circūuallarent sanctitatis, carismata sancti spiritus illustraret: charitas quae totū eum possidebat patiens & benigna, sapientia uincebat malitiam: patientia impatiētiā: superbia humilitatē.

Aborabat ea tēpēstate sua schismate Petri leonis Romana ecclia. Ea propter cōuocato stam ps colloquio: Abbas sancti specialiter ab ipso Francorū rege & praecipuis quibusq; p̄fiscib; accersitus, sicut postea fatebat nō medio creter pauidus & tremebundus aduenit: periculum quiddē & p̄dus negocij non ignorans. In itinere notem cōsolatus est eum de: ostendens ei in uisu noctis ecclesiam magnam concorditer in dei laudibus cōnclentem: unde sperauit pacē sine dubio prouenturā. Vbi uerō ad locū uētum est celebrato prius seimio, & praesens ab deū fuis, eum de eodem uerbo tractaturū, rex & episcopi cū principibus cōsederunt unum omnium consilium fuit, una sententia, ut negociū dei, del famulo sponseret: & ex ore eius causa tota pendere. Quod ille timens licet ac tremens, monitis tamē uirorū fidelium acquiescens suscepit: & diligenter p̄secut⁹ electiois ordinem, electorum merita, uitam & famam prioris electi, aperit os suum: & spiritus sanctus impleuit illud. Vnus ergo omnū ore locutus, suscipiendum ab omnib; summū pontificem Innocētiū nominauit: & ratum esse omnes pariter acclamauerunt. Et decantatis ex more laudibus deo, obediētia detineps pollicēti: electioni Innocēti q̄ omnes pariter subscripserūt. Interea idem domin⁹ papa multis in p̄fisc & tūcā & in alijs prouincijs salubriter & potestatiue dispositis, malefaciēs Pisanis: & gratias agens: in prouincia nauigio delapsus est. Et Burgundiam transiens: aurelianū Francie urbem uenit. Vbi occurrentib; episcopis a rege p̄fiscimo Francorum Ludouico, alacriter & honorifice susceptus est. Inde canorū deductur. Ibi gloriosus Rex anglorum Henric⁹ ei cū maximo circūualens ad ductus occurrit: quem etiam papam potētē etiam abbatē admōitione persuasus, in patre suum & pastorem suscepit. Reuersis interim de germania domin⁹ nī Panē legatis, tā episcoporū quā regis lotharij cōsentium & literas deferentibus: postmodum apud leodium electo Romanorū regio occurrit. In omnibus hīs dñs papa abbatem sanctū in se separari non patiebatur: qui ubiq; opera p̄fatis exercens: oppressis patrocina exhibebat. Itaq; papa Innocentius à rege honorifice susceptus est: sed uelociter obnubilata est illa serenitas. siquidē importuna idē rex insitit, tempus habere se reputans opportuno eporū sibi restitit: inuestituris: quas ab eiusdē praecessore imperatore Henrico, per maximos quidē labores, & multa pericula Romana ecclia uedicaret. Nec consilium suppetebat: ex parte ceteris Romani regis potentia: donec marū se opposuit abbas sanct⁹. Audacter enim resistens regi, uerbū malignum mira libertate redarguit: mira auctoritate compesciuit.

Nde dñs papa reuersus, nec longas in gallijs faciēs moras: p̄fato regi postea Romā occurrit: & ab eo in lateranenē palatiū deductus est: Reuocatus igitur Romā Innocentius: al̄s imperator d̄ grecis. Intelligēs uerō Innocentius Romā sibi fructuosam eo tpe morā: uisus p̄fatis aggregatis: totius occidentis episcopis, alijsq; uiris religiosi: magna gloria synodus celebratur. Assuit per omnia consilij & diffinitionibus abbas sanct⁹: ei⁹ reuerentia ab omnib; impendebat. Solutō cōcilio, ad reconciliandos Mediolanenses dñs papa uisum dei quem multis supplicationib; expecterant à latere suo direxit: qui schisma per anselmum in eadē urbe factū ablueret: & ad unitatē eccliae deutos reuocaret. Transcensō itaq; Apennino ubi audierunt Mediolanenses abbatē desiderari suis simbus propinquare: longe à ciuitate miliaribus septem, omnib; p̄fisc obuiat: nobles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes quasi de ciuitate migrarent, priores lares deserunt: & d̄ finitibus agminibus incredibili deuotione & reuerentia uirum dei suscipiunt. Omnes illius pariter delectabant aspectu: felices se praesens iudicantes qui eius possit frui auditu. Deosculabant etiam pedes illius, licet hoc ille moleste acciperet: sed nulla poterat pronos & deuotos ratione cōpelcere, nulla interdictione repellere. Et cum tractatum esset in publico de negocio propter qd uir dei aduenerat, oblita fortitudinis suae ciuitas, omniq; ferocitate deposita: obediētia se abbatē subtrauit. Pacatis igitur omnib; reconciliata ecclia, firmatis inter ceteras concordiae p̄fiscionibus: alia coeperunt ei nasci negotia. Infantem quippe diabolo, & in quibusdā obsequijs debacchati oppositū est Christi uexillū: & increpate uiro dei, de possessis atris superueniente eminentiore uirtute, territa & tremebunda diffugere daemōnia. Inter eos igitur qui uocabantur, mulier grandaeva, cuius Mediolanensis & honorata quondā matrona: usq; ad ecclia beati Ambrosij post bñm uirū à multis trahā est. In cuius pectore pluribus annis diabolus federat, & iam ita suffocauerat eā: ut usū & auditū uerbo priuata frendens dētib; & lingua p̄tendens, monestrum non femina uideret. Sorrida ei facies, uultus terribilis, status fētid⁹, inhabitatoris Sathanae colluua testabant. Hāc cū aspexisset uir dei, nouit inhārentē ei & inuisitātū diabolū: nec facile egressurum de domo quā tanto possederat tempore. Conuersus igitur ad populū cui⁹ in numerā aderat multitudo) orare iubet attentius: & clerici & monachi secū iuxta altare cōsistentibus, mulierem ibidem iubet constitui & teneri. Illa uerō reluctās, & i diabolica non naturali uirtute recalcitrans: non sine aliorum iniuria ipsum abbatē pede percussit. Quem diabolū ausum, mansuete ille contempsit: ad expulsiōnem nō indignatione ita, sed pacifica & humilī supplicatione deum inuocant adiutorem: & ad inmolatiōnem hostiae salutaris accedit. Quoties tñ eadem sacram hostiam signat: toties ad mulierem quoq; conuersus, eodem signo crucis edito, sp̄m nequā athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus quoties aduersus eū signū crucis intendit, percussum se nō dicans acris seuit: & recalcitrans cetera stimulum quidam tollerere prodit inuitus. Expleta autē oratione quidē efficacius hostē aggreditur uir beatus. Patena siquidē caelica sacrum dñi corpus imponens, & mulieris capiti supponens: talia loquebatur. Adest inique sp̄s iudex tuus, adest summa potestas: iam resiste si potes. Adest ille q̄ pro nostra salute passurus, nunc, inq; princeps mundi cōiūctur foras. Hoc illud corpus, qd de corpore uirginis sumptū est: qd in sp̄te crucis extensum est: qd in tumulo facuit: qd de morte surrexit: quod uidentibus discipulis ascendit in caelū. In huius ergo mactestis terribili potestate tibi sp̄s ritus maligne praecipio: ut ab hac ancilla eius egredieris, contingere eam deinceps non praesumas. Cumq; eam inuitus deserens, & manere ultra non ualens, atrocis aspectu stare malignus: tam magnam iram quā modicum tempus habens: rediens pater sanctus ad altare fractionem ho